



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Litterae Apostolicae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## LITERÆ APOSTOLICÆ.

(Cautè lege, nam sunt hac contra auctoritatem Apostolicam, & Iurisdictionem Ecclesiasticam.)

PRImò, literæ Apostolicæ an possint examinari, & revideri per Regios officiales, & super ex expediri exequatur, ad hoc ut debitæ executioni mandentur? & videtur, quod non, per Bullam Cœnæ Domini, Navar. cap. 27. num. 68. tamen Covar. *pract. quest. c. 35. num. 1.* ait hoc sic posse, & ita practicari in Hispania, & Gallia, & sic vidi practicari indifferenter in regno Neapol. & ad Bullam potest responderi, quod non sit ad impediendum, sed ad videndum, & examinandum. Primum, an contingant aliquam subreptionem, vel obreptionem. Secundo, an quod conceditur, sit jurisdictionis Regiæ, literæ Papæ tam iustitiæ, quam gratiosæ, si per dantur, an probari possint per testes? vide Abb. in c. cum olim, num. 2. de *privil. facit* quod si Papa facit aliquem Episcopum in regno, Rex potest dicere Papæ, non accepto eum in Episcopum, quia habeo eum suspectum de prodicione, vel propter ejus aliquod interesse, non compellitur illum admittere, & hoc esse in viridi observantia ait Afflict. in *Prælucl. Constit. reg. q. 8.* idem Joan. de Selva *tract. de benef. 2. par. q. 23. num. 2. ver. 7.*

Secundo, literas alicujus aperiens, & ostendens adversario, punitur crimine falsi, Diaz *Pract. crim. Can. 5. 96.* Sylv.

*ver. falsarius, §. 1. Navar. 18. nu. 33.* secus verò, quando non adest malus animus, sed potius ex quadam curiositate illas aperiret: quia tunc non esset nisi veniale peccatum, Cajet. in *ver. litera*, Sylv. eo. *ver.* sed teneatur ad secretum. *Sot. de rat. leg. & de reg. secr. n. 171.*

Tertio, quid si essent literæ Judicis, & eas quis aperiret, vide in *cap. olim, il 2. de offic. deleg. & e. olim, de rescrip. gl. inc. quanto, de his quæ sunt à Præl. sine cons. capuali.*

## LOCATIO.

PRImò, de hac materia, vide plura in *ver. alienatio, & in ver. colonus.* hic verò nota. Primum, an qui conduxit rem aliquam, finita locatione videatur reconduxisse, & illo titulo possedisse; Boer. *decis. 58. num. 9.* dicit quod sic, per *l. item quarum, §. qui impleto tempore, cum l. seq. ff. locati.* nec hoc contradicit sententia Cov. relati à me, in *ver. alienatio, §. 3. dicto 2.* qui ibi loquitur, quando hoc fieret per plur. titia, quorum uno finito incipiat alterum; hic verò non, sed elapso primo incipit iterum possidere.

Secundo, an in hac tacita relocatione, sive reconductione, veniant omnia, quæ erant in locatione seu conductione priori contenta; Boer. *decis. 184. num. 14.* dicit quod sic, nisi ea, quæ sunt in præjudicium tertii, utputà fidejussoris.

Tertio, locator primò potest propria auctoritate capere possessionem rei commissæ per cessationem canonis

P p 3 not